UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

38 Aduocatus Fisci quomodò se gerere debeat ex Theodorici sanctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

Aduocatus Fiſci, pœnas metuens caueat, nè Fiſcalia commoda occultet, neuè vllo negotio exiſtente Fiſci nomine priuatis audeat calumnias commo-
38 uere, Theodoricus Rex * apud Caſſiodorum *variar. lib. 1. Epiſtola 22.* ſic eum allocutus fuit. *Sume igitur Fiſci noſtri tuenda negotia, in tuendis officij tui priuilegijs prædeceſſorum exempla ſecuturus. Ità ergò per medium iuſtitiæ tramitem, medius incede, vt nec calumnia innocentes graues, nec iuſtis petitionibus retentatores exoneres; illa enim vera lucra iudicamus, quæ integritate ſuffragante percipimus; non ergò quoties ſuperes, ſed quemadmodum vincas inquiramus, æquitatem*

tem nobis placiturus intende, non quæres de poteſtate noſtra, ſed potiùs de iure victorias; quantò laudabiliùs à parte Fiſci perditur, cum iuſtitia non habetur; nam ſi Dominus vincit, oppreſſionis inuidia eſt, æquitas verò creditur, ſi ſupplicem ſuperare contingat; non ergò paruo periculo cauſas dicimus, quando tunc fama noſtra proficit, cum ſe commoditas iniuſta ſubducit; Quapropter fiet interdum cauſa mala Fiſci, vt bonus Princeps eſſe videatur, maiori quippè compendio perdimus, quàm ſi nobis indebitè victoria ſuffragetur. Pius verò IV. *dicto* §.38. *in fine*, ac Paulus V. *dicto verſ. Fiſci Aduocatus* legem illi impoſuerunt, vt pro

ve-

veritate, & Iuſtitia cauſam Fiſci tueatur, ac propterea quamuis Bald. *in Rubr. C. de conſtit. pecun. num.* 14. tradiderit Fiſcales non poſſe agnoſcere bonam
39 fidem *, veriùs tamen eſt Aduocatum Fiſci poſſe, ac debere bonam fidem agnoſcere, quoties illi conſtat Ius Fiſco non eſſe, cum non debeat ſubditos iniuſtè vexare, vt rectè firmat Larræa *dicta allegat.* 1. *num* 16. *cum pluribus ſequentibus*.
40 Habet etiam * Aduocatus Fiſci Pontificii facultatem deferendi per Vrbem, & vbiquè habitum coloris violacei cum ornamentis ſericis purpureis, quo cæteri Camerales vtuntur, & ampliſsimum priuilegium immuni-